

Michael Cobabus Samuel Theodorus

Disputatio I. De Intelligentiis

Rostochi[i]: Richelius, 1651


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730213390>

Druck Freier  Zugang



Rli phil 1657
Michael Lobatus
Samuel Theodori





Disputatio I.
DE
INTELLIGENTIIS,

approbata
ab amplissima Facultate Philosophica,

Quam,

DEO DUCE,

SUB PRÆSIDIO

CL. M. MICHAELIS COBABI,

In Illustri Academia Rostochiensi

*publicè examinandam proponit
in Auditorio Majore*

*ad diem ult. anni decurrentis,
horis antemerid.*

SAMUEL THEODORI
auctor,

*d. 21. Jan.
a. 1700.*



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno c1p. 10c. LI,

INTELLIGENTIS

Philosophica

DEO

DE WILHELMO GOETHE

DE WILHELMO GOETHE

DE WILHELMO GOETHE

DE WILHELMO GOETHE

DE WILHELMO GOETHE

DE WILHELMO GOETHE

DE WILHELMO GOETHE



Thesis I. Substantiæ intellectuales creatæ, dantur in rerum natura.

Nota. Non quæritur, an dentur substantiæ aliquæ creatæ, intellectu præditæ, distinctæ ab homine. Istæ, enim possent esse ex parte materiales. Sed legitimus *Controversiæ status* est, an dentur substantiæ creatæ, omni ex parte spirituales, & à quocunq; ad quantitatem ordine, liberæ. *Quærit aliquis in limine. Ad quam scientiam refertis tractationem de angelis?* *Resp.* Non ad Metaphysicam, quæ considerat ens, ut ens; sed ad Theologiam naturalem, ut totalem scientiam, nomen Metaphysicæ quoq; sibi vendicantem, quæ quidem hodie statuitur vulgò pars Metaph. propria, *αὐτὸ ἀνεξέχαστος.*

II. Vulgaræ angelicæ existentiæ probationes sunt inefficaces ad demonstrandum ἔσθιν.

[*Istæ sunt petitiæ ex motu cœlorum, ex mirabilibus effectibus supra hominum vires in rerum natura, ac præsertim in energumenis, ex sequutura alioquin incompletione universi, ex nobilitate cœli ad inhabitationem viventium purè spiritualium (cùm corporibus sublunaris locus sit proprius) creati. Sin autem spectemus lumen superius, fide certum est, dari substantias creatas, intellectu præditas, homine superiores. Nobis autem ex sola ratione naturali de proposita controversiâ statuendum.]*

III. Suaderi tamen potest, ὅτι ἄμβροτον ἔσθιν ἐκ κοινῆ φηλοσοφου ἰσφραγιο ραιονιβυς φυλο, δαρι εἰυς μοδι συβλαντας.

[*Neq; demonstratio à priori, neq; à posteriori in eam rem adduci potest. Relinquitur ergo ad solam probabilitatem refugium. Hinc allegata modo argumenta non tam promptum est diluere, quin aliquam retineant probabilitatem. At Suarez chordam nimis tendit, dum contendit *disp. 35. sect. i. text. 5. ratione naturali posse sufficienter ostendi, esse in universo substantias aliquas omnino immateriales. Diximus, communiter id doceri à Philosophis, non quidem, quòd omnes consenserint in admittendis intelligentiis creatis; sed quòd ferè omnes. Etenim pauci aliqui nihil agnoverunt, nisi corporeum. Contra eos Aristoteles est, qui nobiscum facit.]**

IV. Dantur quedam essentialia intelligentiarum prædicata, rebus aliis creatis communia.

[*Primò sunt substantiæ, quàm tribuantur eis effectus superantes vim accidentium. Damnamus itaq; hîc damnabilem errorem Anabaptistæ Davidis Georgij, Delfensis Batavi, impostoris famosi (verba sunt Cl. Spanhemij) & horrendarum blasphemiarum atq; propudiosarum libidinum magistri, qui in libro mirabilium Spurcitiarum omnium horreo asserit, intelligentias nihil esse nisi bonos & malos affectus, tacite irrepentes. Impugnatur hoc deliramentum ex eo, quòd arreptitii linguis prius incognitis loquuntur, eduntq; actiones ad rem inanimatam & intellectu destitutam, non nisi stultè referendas. Quid n. linguæ cum morbo, vel vitio temperiei accidentariæ commercii habent? ergo cum illa natura supponatur non esse Deus (qui tantæ atrocitatis & turpitudinis illis admixtæ autor esse nequit) vel homo, concedendum est, esse intelligentiam, quæ proinde est substantia. Secundo sunt creatæ. A Deo itaq; sunt distinctæ, & à Deo productæ. Hæc necessaria est consequentia. Productionem intelligentiarum etiam Aristoteles defendit, ut & Plato.]*

V. Competunt quoq; intelligentiis prædicata essentialia propria & dist.

[*Primò non sunt substantiæ dimidiatæ in gradu intellectuâli, unde non sunt animæ & formæ corporum. Multorum fuit sententia, Aristotelem sensisse, intelligentias esse formas cœlestium corporum, quòd tamen ipsum asseruisse, negamus. Forma debet correspondere toti corpori; ast illæ non sunt in toto corpore; nec moventur per accidens, quòd, motò corpore, forma informans tenetur facere. Hinc præterea inferimus, animâ rationalem & intelligentiâ specie differre. Secundo sunt substantiæ completæ, purè spirituales, ab omni ad corpus ordine liberæ, quòd est contra quodam ex antiquis & recentioribus, qui intelligentias, saltem aliquas, corporeas ex parte esse, & materia tenui constare, censent, lateq; defendunt.]*

VI. Origò intellektualitatis intelligentiarum est immaterialitas.

[*Acre circa hanc thesin, certamen est inter Thomistas & Nominales, dum illi quidem affirmativam; hi autem negativam tenent. Nos certè aliquid præsidii in eo ponimus, quòd res, quò remotior est à materia, eò nobilius cognoscat, ut videre est in brutis, homine, angelis, Deo.]*

VII. Intelligentiæ sunt substantiæ creatæ, intellectuales.

[*Prima differentia discriminat illas à Deo, qui est increatus & à se. Per secundam differunt ab animabus nostris, quæ non intellectuales; sed intelligentes, vel rationales appellantur.]* **

Thesis I. Substantie intellectuales creatae, dantur

Nota. Non quæritur, an dentur substantie intellectuales, distinctae ab hominibus, sed sent esse ex parte materiales. Sed legitur status est, an dentur substantie creatae, ritales, & à quocunq; ad quantitatem ordine, libet quis in limine. *Ad quam scientiam refertis tractat.*
Resp. Non ad Metaphysicam, quæ considerat et Theologiam naturalem, ut totalem scientiam, nec quæ sibi vendicantem, quæ quidem hodie ita Metaph. propria, *as & axe* *Etias.*

II. Vulgaræ angelicæ existentie probatione demonstrandum & ori.

[*Ista sunt petita ex motu cœlorum, ex mira supra hominum vires in rerum natura, ac præferentis, ex sequutura alioquin incompletione unive*
cœli ad inhabitationem viventium purè spirituum, quibus sublunaris locus sit proprius) creati. Si
lumen superius, fide certum est, dari substantias præditas, homine superiores. Nobis autem ex se
libe de proposita controversia statuendum.]

III. Suaderi tamen potest, qd in probatione communi Philosophorū suffragio rationibus fultis, dari

[*Neq; demonstratio à priori, neq; à posteriori duci potest. Relinquitur ergo ad solam probationem Hinc allegata modo argumenta non tam prom*
quin aliquam retineant probabilitatem. At Suatendit, dum contendit disp. 35. scet. i. text. 5. ratio
cienter ostendi, esse in universo substantias aliquas o
Diximus, communiter id doceri à Philosophis, namnes consenserint in admittendis intelligenti
ferè omnes. Etenim pauci aliqui nihil agnovum. Contra eos Aristoteles est, qui nobiscum fa

IV. Dantur quaedam essentialia intelligentibus rebus aliis creatis communia.

